Clemens episcopus servus servorum dei Dilecto filio Officiali Tirasonensi Salutem et apostolicam benedictionem. Oblate nobis nuper pro parte dilecti
filii Michaelis de Altabas laici et dilecte in Christo filie Mariane Pardo mulieris Tirasonensis diocesis petitionis series continebat quod ipsi alias scienter se
Tertio et Quarto Consanguinitatis gradibus a communi stipite provenientibus invicem esse coniunctos Michael prefatus non quidem peccandi data opera vel crimi
ne admisso hec causa foret nos et sedem apostolicam ad misericordiam et gratiam erga ipsos faciliores redderet sed solum vesana libidine victus dictam Maria
nam cognovit Et nisi matrimonium inter dictos Michaelem et Marianam contraheretur dicta Mariana diffamata et innupta remaneret graviaque
exinde scandala possent verisimiliter exoriri Cupiunt Michael et Mariana predicti invicem matrimonialiter copulari sed stantibus impedimentis huiusmodi desi
derium eorum in hac parte adimplere non possunt absque sedis predicte dispensatione Quare iidem Michael et Mariana nobis humiliter supplicari
fecerunt ut sibi super his de absolutionis beneficio et opportune dispensationis gratia providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur qui scandalis
ne eveniant quantum cum deo possumus libenter obviamus eosdem Michaelem et Marianam ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis suspensionis et
interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum
presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes ac certam de premissis notitiam non habentes huiusmodi suppli
cationibus inclinati Discretioni tue de qua in his specialem in domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta mandamus quatenus deposita per te omni spe
cuiuscumque muneris aut premii etiam sponte oblati a quo te omnino abstinere debere monemus te de premissis diligenter informes et si per informa
tionem eandem repereris ita esse preces veritate niti super quo conscientiam tuam oneramus Tunc eosdem Michaelem et Marianam si hoc a te humiliter
petierint ab incestu reatu et excessibus huiusmodi imposita prius eis propter incestum huiusmodi arbitrio tuo penitentia salutari Et recepto ab eis iura
mento quod sub spe facilius habende dispensationis huiusmodi incestum huiusmodi non commiserint hac vice dumtaxat in forma ecclesie consueta in utroque foro auctoritate nostra
absolvas et si lis contra ipsos causa super premissis in iudicium quoquomodo deducta fuerit pariter iudicato ac cum ipsis Michaele et Mariana
dummodo ipsa propter hoc rapta non fuerit quod impedimento Quarti consanguinitatis gradus huiusmodi ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis Ceterisque
contrariis nequaquam obstantibus matrimonium inter se publice servata forma Concilii Tridentini contrahere illudque in facie ecclesie solemnizare et in eo post
modum remanere libere et licite valeant dicta auctoritate dispenses Distantiam vero Tertii gradus predicti eis non obstare declares Prolem susceptam si qua
sit et suscipiendam exinde legitimam decernendo Volumus autem quod si pretextu monitionis nostre huiusmodi aliquid muneris aut premii occasione premissorum
exigere aut oblatum recipere temere [illegible]

23.

25 S

A. Socina

6

S. Enriquez

Lib. p.° fol iii

CLE MENS PAPA VIII

PROCESO 296782